

August Varenius

**Honori Conditoris Thronorum Federis Angeli Sacrum Propheticum &
Apostolicum In ipso solemini die Micaelis Archangeli Universitati Rostochiensi
explicatum**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735636370>

Druck Freier  Zugang



HONORI 46. CONDITORIS THRONORUM

FEDERIS ANGELI

SACRUM Propheticum & Apostolicum.

In ipso solemini die MICHAELIS ARCHANGELI

Universitati Rostochiensi explicatum.

ab ejusdem RECTORE

AUGUSTO VARENIO S. S. Theol. D.

Hebraicorum & Catecheseos Christianæ

Professore Ordinario.

662. M.

Jobi XXXIII. 23.24

אָמַת־יְשָׁעָלָיו מִלְאָרְכָּלָיו אָחָר פָּנֵי־אֱלֹהִים־אָרָךְ יְשָׁרָן
וַיַּחֲנֹן וַיַּאֲפֵר פְּנֵיו מִרְדָּה שְׁתָתְּכָאָתִי כְּפָרָן

Vers. Germ.

23. So denn ein Engel/ einer aus tausende wie ihm redet/ zu verkündigen dem Menschen/ wie er solle rechthun. 24. So wird er ihm gnädig sein und sagen/ Er sol erlöset werden/ das er nicht hinunterfareins verderben/den ich habe eine Versübung funden.

Ad Coloss c. II. 18.

Μηδέτες ὑμῶς καταβεβενέτω δέλως ἐε πεπινοφεστίην τῷ Θρησκείᾳ
τῶν Αγγέλων, ἀμή ἐωρακεν ἐμβανταρ, ἀκῆ Φυσιούμενος Ταῦτα τοῦτο
τῆς οὐρανοῦ αὐτοῦ.

Vers. Germ.

Lasset euch niemand das Ziel verrätseln/ der nach eigener Wahl
einhergehet/ in Demuth und Geisslichkeit der Engel/ des er nie keins
geschen hat/ und ist an sich aufgeblasen in seinem fleischlichen Sinn.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typ.

Anno 1662. M.

R. H. - Prop. 4662/10



Uod hoc ipso die sub M I C H A E L I S
titulo iteramus solemne sacrum, uni-
verla occidentalis Ecclesia, etiam illa,
quæ sive pari sive dispari religione
præfert auro Juliano Gregorianas
epactas, & jam inde ab expunctis an-
no cl^o Ic LXXXII. mensi Octobri in-
cunti, a Gregorio XIII. Pontifice Rom.
X. diebus præit decendio, peragit III.
Cal. Octobris. Rationarium tem-

poris debemus fabulis Romanis, & illi in primis famosiori MI-
C H A E L I S apparentis in cryptâ Gargani, montis Apuliae,
cryptamq; illam religioni III. Cal. Octobr. dedicantis, unde
& illa reddita celeberrima, pioq; cultui ab ipso Archangelo
dedicata, & ipsi Feste nomen ANGELICÆ DEDICATIO-
NIS der Engelwiche. Factum illud bello inter Odoacrum & Theodo-
ricum vexata Italiam seculo V. labente. Tunc Archangelus Sipon-
tinis pro Theodorico militantibus apparuerit in ore cryptæ Gar-
gani. Tunc Odoacro calamitatem, victoriam Sipontinis idem
predixerit aque ac dederit. Tunc precatoribus ad spelæum Gar-
gani Sipontinis, & spelæum dedicaturis, Archangelus jam à se
dedicatum responderit, ingrediq; Episcopum & sacra mysteria celebra-
re præceperit, qui ingressus, tria altaria, plurimq; alia dedicationis
signa invenerit, quibus auditis Pontifex illum dedicationis diem, III.
Cal. Octobr. sacrum instituerit, & religiose per totum orbem observare
præceperit, in honorem S. M I C H A E L I S ET OMNIUM ANGELORUM.

Ita.

Ita Lomb. hist. Pet. de Natal. l. 8. c. 130. Surius tom. 5. de vit. Sanctorum, & Baron. ad a. c. 493. n. 43. et si de anno & Autore Festi Papâ Romano non latis conveniunt, inter 3. successores Pontifices Felicem III. Gelasium, Anastasium II. divisi, prout nec de illo satis constat Pontifice, cui Michael revelaverit, abolitum se mortalium peccata, quicunq; ad banc suam in Gargano basilicam precatores sese recepturi essent, unde in precum formulam abierit: *Summi Regis Archangele Michael.* Tu Deum obsecra pro nobis, ut mittat auxilium miseris. Tu tenes perpetui potentiam Paradi- si, omnes cipes te adorent superi. *Audinos MICHAEL Angelus summe.* Tu palam descende de poli sede, nobis fer opem Domini, atq; leva- men indulgentie. *Inde ergo (verba sunt Baronii alleg.)* Crevit majoribus indies accessionibus semel coepitus illic religiosus cultus S. Michaelis Archangeli, quem & Universalis occidentalis Ecclesia anniversa- riâ solemnitate celebrandum suscepit, & locus ipse ob ingentia illic edi solita miracula iugi in posterum peregrinatione Fidelium est frequen- tatus. Ne tamen ad Garganum demum videretur cœpisse Du- lia Pontificiorum Angelica, monuit ex Drepanio Floro Nobili Poeta idem Baronius: *Ante apparitionem in Gargano factam jam celebrem Romæ fuisse cultum & venerationem annuam ejusdem Michaelis Archangeli ex alia apparitione: quin, prout à Michaeli in Gar- gano monte sibi templum dedicante, sumptum deinceps exemplum, ut ubiq; ferè terrarum in editis locis Basilicae dedicarentur Michaeli, ita Romæ quoq; P. Bonifacio dedicatam S. Michaeli in summitate circi Ba- silicam cryptatim miro opere altissimè porrectam, ipsiè; loco Basili- cam continentinomen: INTER NUBES SITUS, testis ADO, quem non de Basilicâ Michaelis in Janiculo prope Vaticanum (quippe nec à Bonifacio: sed à Leone IV. nec proximè post Ge- lasium seculo VI. sed IX positâ, nec nisi unius scalæ vel clivibre- vis ascensu exorrectâ) sed de alia quadam in summitate molis Adriani super ingens saxum velut eminentem scopulum turri subli- eniorem, cui inde nomen INTER NUBES, vel INTER COE-*

A 2

LOS,

LOS, & à Basilicā Angelicā, montis S. Angeli, munitionis item S. Michaelis Archángeli remanserit, olim posita, intelligendum. Baronius prolixius ostendit. Apparet facile fons Festi corruptus, vereq; spelæum, unde mentitus ille MICHAEL EM Spiritus impostor, ater sanè non albus, contra ANGELORUM bonorum Conservorum nostorum characterem ac vocem. DEUM ADORA Apoc. 22.9. Angelicæ Duliæ solicitator & superbus ac impudens Orator: *Ego sum MICHAEL, qui hoc exca-
vato saxo, hoc antro, hoc habitaculo, his assidue manantibus stillis ablui-
turus sum ac deleturus meam ad aram consuientiam peccata, cum
universâ illâ religione Angelorum, profunditates satanae,* Apoc. 2.14. per tot futilē distinctiones, & subtile abstractio-
nes, ostentante, processerit. Neq; postquam tantâ jam se-
culorum pompâ incedit solemne MICHAELIS in Ecclesiâ Rō-
manâ, pro Gargano & in illo, MICHAELIS spelæo, primisq;
originibus adeò militat Roma, quām pro magno illo, quod
Apostolus damnat θρησκείας Αγγέλων vereq; αρρεῖα mysterio,
quod ne pereat, & per illud, Romanae Curiae, ac in hâc UNIUS
INFALLIBILIS autoritas, interest illis ad servandum sacram
MICHAELI festum, in quo, licet Angeli, ob reverentiam huma-
nitatis Christi, rectè recusent ab hominibus adorari, illi tamen, salvâ
reverentiâ humanitatis Christi, nec obstante post vo-
luntatem Dei revelatam Angelicâ contradictione, rectè fa-
ciant Angelos invitatos adorando, & religiosè colendo. Discernimur
abjurata superstitione, & fabulosis suspectisq; originibus ac
scopo Festi Pontificio jamdudum, ac ita ANGELORUM BO-
NORUM sublimia in palatio cœlesti ministeria, ita, excellen-
tissima, quæ ex creatione & confirmatione servant μεζόνων
Φρονημάτων καὶ θεοτήρων ἐπιλαχόντων, extra lapsus aleam positi, do-
na, ita diffusas toto orbe eorundem πρεσβευτῶν ἀσύλων καὶ
ιερῶν, εἰ τοῦ παντὸς Θεάτρῳ δημιερευόντων, θελημάτων καὶ ἀκυρωά-
των θεῶν μηδενὸς κωλυσιεργοῦντος ἐπιλαμβάνονται (prout eleganter
loqui-

Ioquitor Philo Judæus operationes Angelicas, ita illorum, in primis circa Instrumentum Pacis facta per sanguinem Crucis ~~λανυζημα~~
μα, ita illorum τὸν πανηγεῖον οὐ φαλμῶν ἡγεῖτε (prout idem pulcherrime nominat Philo) fervidissima studia; ita jubilatum Angelorum Collegia Musica, & varia, quæ in mysteriis repræsentarunt majestatis Theatra, plurimaq; beneficia, veneramur anniversariā solemnitate, non sine excellenti-
oris modi, gradusq, qui debetur Angelis, honore, ut SOLI
DEO Thronorum Conditori, & federis ANGELO, pro Co-
adjutoribus, Custodibus & Commilitibus Angelis aram in-
gentem inscriptam IHOVA NISSI i. e. DOMINUS VEXIL-
LUM MEUM dicemus, & festum religiosumq; cultum sacre-
mus, imò ut immutato consilio hoc ipso die III. Cal. Octobr.
quod faciunt Papistæ, totumq; adeò rationarium festi Pontifi-
cium fortius oppugnemus, & sacris nostris arceamus. In-
quem finem, juxta legem cœlestis Oeconomiæ Matth. 13. 52.
juvat par pretiosissimorum aureolorum, ex Veteri alterū, alte-
rū ex N. Instrumento repræsentare, & in illo quidem, πανοπλία
sua duellatores hostes exuere, exuviasq; distribuere: hoc au-
tem deminutamjam olim capite intersectamq; ab Apostolo
hæresin Angelicæ religionis, evincere. Quàm enim in illo
Jobi loco mirificè se efferant Pontificii, vel unus Pineda Je-
suita testis esto: Curandum inquit, ne locum hunc, quo velut distri-
cto & splendenti gladio hereticos invocandis Sanctis & Angelis inse-
qui feliciter possumus, atq; etiam jugulare, vel ipsi illi ē manibus nobis
eripiant, vel quispiam retundat, qui proinde dogma de Angelorum
patrocinio, precibus & invocatione confirmaturum se ex singulis verbis,
clamat. Consulamus accuratius paulò, novū à cap. 32. in Jobo
post Tresviros Amicos in eodem Theatro Athletam
acrem & vehementem pro Majestate Dei Zelotam
& tacentibus cœteris, non tam Collocutorem, quàm Orato-
rem, qui in superioribus Jobi Dialogis Auscultator, post præ-
fati.

Fatiunculam cap. XXXIII. adusq; v. 8. quorundam in illis, Jobi sermonum vi 8. 9. 10. 11. expressorum epicrisi sibi sumit, oppositâ jam inde à v. 12. thesi: *Viarum Dei afflictivarum semper justarum, nec omnia cognosci posse, nec nulla.* Probat primum argumento uterquevis seu eminentissima Dei majestatis, ac humani ingenii incapacitatis v. 12. 13. Probat alterum inductione modorum revelationis obtainentium ante legem scriptam: quia scilicet DEUS per iterata alloquia diurna v. 14. per somnia, per visiones nocturnas, per ecstases, revelat auri hominum, iisdemq; velut impresso sigillo viarum suarum sive pœnaliis sive afflictivarum arcanum explicat v. 15. 16. idq; intentione (1.) serie resipiscientia v. 17. (2.) salutis aeternæ seu præservationis à foveâ seu gehennâ v. 18. Consequens utriusq;: E. Jobus patiens malè per viam querelæ contra ius Dei disputat ex capite innocentia, & denegatæ de jure *Viarum illarum Afflictivarum* correspondentia, cum omnino partim respondere non teneatur, in quantum autem tenetur expacto, respondeat v. 8. 9. 10. 11. 13. Et hâc occasione totum processum Dei intentione superiori gratiosa seu præservandi à foveâ, sive affligenitis, sive punientis (non sine respectu Propheticæ ad casum Jobi præsentem, futurumq; casus exitum gloriosum) v. 19. 20. 21. 22. in ipsâ punitione vel castigatione per ANGELUM inventorem dñeou præservantis, ab Inferno liberantis v. 23. 24. ipsumq; liberatum plenariè in integrum restituentis seu justitia, pace conscientia, & gaudio in Spiritu S. ut sc. aspiciat faciem Dei cum jubilo, donantis v. 25. 26. describit unde ja solemne illud liberati, *Viarum Dei justissimarum*, & ex justitia, ac Misericordia pulcherrime temperatarum Confessoris, apud alios Mortales, sive convertendos, sive confirmandos præconium v. 27. 28. cui succedit conclusio Elihu, tūm pragmatica realis, in quâ, breve summarium argumenti superioris, de intentione Dei bis, terve Virum castigantis, quæ sc. sit non Mors: sed reductio Anima à foveâ vel morte, ut illustretur lumine bujus Vita v. 29. 30. tūm pathetica & hypothetica perso-

personalis, in quā prot estatus Elihu, se salvo Eleutho quorundam sermonum Jobi de cōtero non fore damnatorem Jobi patientis, postulat, ut vel, si solide quid regerere possit, respondeat, vel, si minus, sileat, & se porrō loquentem audiat v. 31. 32. 33. Atq; ita se habet totius capitatis Orthotomia, ex quo pretiosissimā, in quā ad instar splendidæ in annulo aureo gemmæ, fulget aureolum Angelicum, sententiam nunc à v. 19. ad 27. saltem repetimus, quæ talis: *D E U S ubi peccatorem vebementissime* & vel ad Infernū portam, seu ut propinquā sit anima ejus fovea, deprimit & animam pariter ac corpus affigit, illud non facit intentione damnandi: sed ad seriam pænitentiam lapsum revocandi, justificandi, renovandi, unde & per Angelum **נָשָׁר** redimit, ne qui jam propinquus fovea descendat in foveam, & per Spiritum S. renovat pænitentem precatorem, seu ita in integrum restituit, ut caro antea consumata, velut vivi cadaveris, reflorescat plus quam in pueritia & revertatur ad dies adolescentia sue, atq; ita facies ejus aspiciat Deum cum jubilo conf. v. 21. 25. 26. Atq; de illo **שְׁאֵלָה** seu **ANGELO** princeps controversia.

Mittimus Interpretes Græcos τὸν LXX. corruptissimos hic, qui ex ANGELO **מֶלֶךְ** i. INTERVENTORE vel INTERPRETE faciunt **χιλίους** Αγγέλους Σανδόφορους s. mille Angelos mortiferos. Nec probandus Chaldaeus, qui, et si pulchritate videbatur illum ANGELUM INTERPRETEM s. expressissime per **פָּנָאָכָא חֶרֶב** i. e. ANGELUM unum ADVOCATUM, qui Federis Angelis s. CHRISTI titulus est vid. i. Joh. 2. 1. tamen, quatenus illum Angelum dicit **פָּנָאָכָא כְּרָבָנָה** i. e. **פָּנָאָכָא כְּרָבָנָה** i. c. præparatum ex mille accusatoribus Angelis. atq; adeo unum ex numero mille Angelorum, velut hominus ad vocatum, & quidem ut illa advocatura Angelii dependeat ex merito illius, cui advocari **אֵין אַיִלָּו אַכְוָה** i. e. si sit in eo justitia, Judaismum ostendit s. Pharisaismum, prout Pontificis in hoc ipso dogmate Judaizantem Papismum. Nec satisfecit Pineda quæstiōni, an Chaldaeus in ANGELIS accusatoribus mille, bonos an malos intellexerit, & bonus adeo Angelus unus de mille accusatoribus Angelis dici possit? Omnino ANGELUS ACCUSATOR **οὐαληγορος**, magni Dracoris, serpentis antiqui, & sub illo militantium Angelorum titulus est Apoc. 12. 10. nec adeo ANGELUS bonus unus de mille accusatoribus Angelis, nec **accusator**

Accusatores illi Angelii (prout opinatus Pineda) ex mente Chaldaei accusant peccatores in foro conscientia ex intentione paenitentiae: sed omnino, prout Angelus ille Advocatus per exaggerationem meritorum hominis est. **מֶלֶךְ יְשָׁרָם** coram ipso etiam throno iustitiae: ita mille Accusatores Angelii, per exaggerationem peccatorum accusant peccatorum ante ipsum quoque conspectum Dei die ac nocte: atque adeo sunt **כָּגִיאִים פְּשָׁעָר** coram ipso Deo, non intentione misericordiae: sed vindicatrix iustitiae seu paenae: quia ex mente Chaldaei, Angelus ille paenitentiarius, qui in foro conscientiae nostrae urget, ut ad meliorem frugem conversi, mortem avertiamus impudentem, quique adeo est **מְחִיר לְבָנָיו נְשָׁא חֲרַצְתָּה** seu annuncians filium hominum rectitudinem ejus Dei: sc. contradistinguitur mille accusatoribus Angelis, velut contraria intentione & in iudicio conscientiae, & coram throno iustitiae accusantibus, nec adeo vel mille Angelii accusatores characterem honorum ostendunt Angelorum, nec unus ille Advocatus & tutelaris angelus, studio & officio milibus accusatoribus contrarius, Accusator Angelus est, vel, si est ex accusatoribus unus, nequaquam bonus Angelus est, seu unus ex illis ministratorum spiritibus, in diaconiam missus, proper eos, qui hereditatem capiunt salutis. Sed & illos mille Accusatores Angelos Abenestrat intelligit per **כְּמִיחָזִים** seu Imperfectores, letiferos Angelos, qui immedia-
tè praecedunt in eternitate 22. At Angelii letiferae promotores hominum lapsorum ad foream infernalem non ostendunt signum Bonorum Angelorum, unde & idem Abenestrat **מַוְרֵת הַפְּסָוק**: **הַלְּפֹרְךָ כִּיהְמַלְאָכִים** חַפְמִיחָזִים הַמְּבָקְשִׁים **נְפָשָׁת הָאָרֶת** רְנִיטָם זְמַלְאָךְ אֶחָד הָאָפָקָד עַל רְנוּן לְשָׁפָרְוּ **i. e.** Docere ex hoc loco Angelos letiferos, querentes animam seu mortem homini, multos esse: sed unum solum, singulis hominibus ordinatum tutelarem Angelum. Redimus ad ANGELUM INTERPRETEM. Quia ANGELI titulus in V.T. Propheticus quoque est & Sacerdotalis, propter functionis & legationis excellentiem conf. Chag. 1. 13. Malach. 2. 7. proinde de Angelo Infernate s. Prophetam nunciantem voluntatem Dei intellexerunt Junius & Trenell. allegato exemplo Jud. 2. 1. Sensit adeo juxta illos: si homini adeo misere afflito obtingat Propheta, voluntatu & aquisitatis divinae, ac consilii salutis interpres, qui adeo rara avis est ut rix ex mille detur unus, talisq; p. nuncius gratiam Dei afflito praedicaverit, & pro eo conceptus verbis: **REDIME EUM, NE DESCENDAT IN FOVEAM**, Deum, virtute expiationis, quam in Christo consecuta sit, exorayerit, fore, ut in integrum restituatur s. ad dies adolescentiae sua revertatur. Ceterum nec 1. illud **וְרֹחֶנְנוּ** i. e. gratiam facere misero peccatori, nec 2. illam gratiam facere virtute s. **אַלְגָּזָעָן** inventi, & de suo dati, nec adeo illud **מְצָחִית כְּפָר** **כְּפָר** i. e. INVENTI EXPIATIONEM seu PRETIUM expiationis, convenit Oratori Prophetae, **nedum**

medium ubi apud Deum agit pro reconciliando peccatore: neq; dictum illud פָּדוּת
seu preserva eum ne descendat in foveam, supplicantis est: sed imperantis. Post-
quam concesserunt Interpretes illi auctum illum gratia, & inventi expiationis pre-
tii, cuius virtute peccator præservandus erat à fovea, (vid. tmem. 24.) referendū ad
מֶלֶךְ מַלְאָךְ מַלְאָךְ פָּדוּת seu Angelum Interpretē in tmemate 23. agnoscere in Angelo inter-
prete debuissent ANGELUM fēderū, Autorem gratiæ (quippe quæ per JESUM
CHRISTUM facta est Joh. 1. 17.) Inventorem כָּפָר seu aeterna expiationis pretiū
& ex fovea redimentis & ne redempti recidans in illam, præservantis, quem
Angelum solum Christum, qui dando animam suam λύτρον ἀντὶ πλάνων, vel
scipsum λύτρον ὑπὸ μάρτων Matth. 20. 28. 1. Tim. 2. 6. Paracletus noster
apud Patrem, immo Expiatio non solum pro peccatis nostris: sed & pro totius mundi
1. Joh. 2. 1. 2. aeternā λύτρον seu redēctionē repertā, per propriū sanguinem.
semel ingressus est in sancta Hebr. 9. 12. pulcherrimē repræsentaverit ANGELUS
ille מֶלֶךְ, seu iuxta Chaldaeum, Paracletus Angelus. Nec obstatet titulus: Unius
ex mille, seu אֶחָד מִן־אֶחָד מִן־אֶלָּף i. e. Interpres unius ex mille seu Orator apud
unum ex mille, cui scil. imperat indicare homini rectitudinem ejus,
seu quid sit rectum, & quod DOMINUS à peccatore lapso ad rectificationem ejus re-
quirat, (Vid. Mich. 6. 7.) & cui ad eo ex ineffabili gratiæ imperat per ministerium
& verbum reconciliationis, virtute jam inventi & persolvendi à se expiationis &
redēctionis pretiū præservare lapsum peccatorem à fovea, per illud פָּדוּת i. e.
præserva illum, ne descendat in foveam, cuius præservationis modus, indicativus sc.
& dogmaticus ministerialis exprimitur per illud: לְהַגֵּיד לְאַרְבָּה יִשְׂרָאֵל מֶלֶךְ
Si adeo quæatur quid ANGELUS ille מֶלֶךְ seu
interpres gratiæ loquatur apud unum ex millibus? Resp. illud: פָּדוּת seu præ-
serva illum ne descendat in foveam. Ego inventi expiationem: Si quæatur quomodo
unum ex millibus exequatur illud כָּפָר seu Liberationis vel præservationis officium? Re-
sponderur: Indicando homini quid ad rectitudinem suam faciat. Et ita idem מֶלֶךְ
seu Orator, & מֶלֶךְ מַרְאֵר i. e. gratiosus allocutor in v. 24. Utrobiq; ille
L. Angelus in v. 23. & utrumq; dictum ad unum ex millibus: perinde, sive sub titulo
unius ex millibus, Angelum Infernatum, Prophetam, Ecclesiam Doctorem, sive
Angelum quoq; supernam ministerialem intelligas, cum in V. T. ad pœnitentiam
præconium non defuerit Angelorum bonorum quoq; ministerium, in primis aca-
te Eliu & Jobi ante Mosaicā. Facit sane pro hoc sensu analogia texiu & mate-
rialis & formalis. Attollitur peccator proculissime depresso ab ipsa fovea
porta, ad Christum Angelum Mediatorem & inventari ab illo expiationem, ab hoc

ad ministerium reconciliationis expressa voce: Redime illum, indicando se, illi veram
iustitiam. Inde jam peccator justificatus fit novus homo ejusdemque caro restorescit &
revertitur ad dies adolescentiae sua. Facit pro illo accentuatio Rvia 1. in
מלֹא צְדָקָה כְּנֵי אֶלְקָנָה. Facit
2. in מְלֹא צְדָקָה, cuius adeo conscientia proxima cum illo אֶלְקָנָה. Facit
punctatio in וַיַּחֲנֹן & וַיַּאֲסֹר que ostendit totum illud in v. 24. referendum
ad Angelum illum in v. 23, atq; adeo ANGELUS ille מְלֹא צְדָקָה, item פָּנָא כְּפָר אֶלְקָנָה illi
illi אֶחָד כְּנֵי אֶלְקָנָה acclamat illud פָּרָעָה, & consequens magna illius
enuntiationis hypotheticæ demum dandum in v. 25. Nec positus נָא
עַלְיוֹן מְלֹא צְדָקָה dubitans: sed asseverans est, qualis ille: Si Deus pro nobis, quis
contra nos? Facit ex ipsis pontificis celeberrimus Hebraeus Santes Pagninus red-
dens: si icum fuerit apud eum ANGELUS interpretans unum ex mille, ut annunciet
homini redditudinem illius. Et sic ruit argumentum Pinedæ palmarium scilicet (1.)
sit mentio: ANGELUS UNUS EX MILLIBUS E. intelligendus Angelus creatus pro-
priæ dictus (2.) sit mentio locutioni. E. indicatur ratio Angelicæ deprecationis: sit
mentio commiserationis, curæ & attentionis. E. intelliguntur Angelis tutelares seu
Custodes nostri, quos mala nostra propius tangunt, & qui vel unum quodpiam pietatis
opus à nobis requirunt, quo invento possint nobis commodius propitiari, offerentes illud
in Dei conspectu. Sed &, si detur, illum מְלֹא צְדָקָה seu ANGELUM esse & מְלֹא צְדָקָה
de suo interpretē unum ex millibus in casu recto, & quod unus ex mil-
libus non dicat, rarum, & vix inter mille Unum, prout Eccles. 7. 29. sed ex innu-
merabili Angelorum multitudine unus, prout & Versio Latina vult & nostra Ger-
manica, nihil inde pro religione ANGELORUM, imprimis, postquam, suppōsi-
tum tmematis 24. à LXX. & plerisq; Latinis supponitur DEUS ex v. 18. & 26.
Nec enim vel Propheta seu Angelo infernati (prout Jun. & Tumell. statuunt) vel
Angelo creato supernatis, prout Pineda, prædicta v. 24 competunt. Non v. c. An-
gelus creatus appellatur מְלֹא צְדָקָה i. e. Clarus & elegans Rhetor Orator, interpres,
intervenientis seu, prout Philo loquitur, προσθευτής ἀνθρώπων τοῦ Θεοῦ,
τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀνθρώπων. E. est noster apud Deum Advocatus, Mediator, recon-
ciliator, & quæ talis à nobis religiose colendus. Non opus erat operose disquire-
re, quo respectu Angelus unus ex millibus dicatur מְלֹא צְדָקָה seu Interpres, Orator, post-
quam statim additur, ad indicandum ipsi homini, redditudinem suam. Neq; ergo
unus ex millibus hic מְלֹא צְדָקָה seu Orator dicitur corā Throno Dei seu apud Deum pro
homine: sc. interveniendo & meritum hominis commendando, prout Pontificio
dogmati faverit hic corrupta Pontificiorum authentica Latina reddens: It annun-
ciandum HOMINI equitatem: sed à Deo Missus Orator apud HOMINEM, ad annun-
ciandum HOMINI quid rectum. Nec patitur positus talis לְאָמָר suppōsi-
tionem,

sitionem, qualis alicubi post verbum dicendi, ut **בְּמִרְלִי** i. e. **Dic de me** Gen. 20. 12.
ut frustra **וְנִ** ex communi **יְהֹוָה** orum cū Pontificiis hypothesi hunc unum ex millibus,
hīc describat ut Oratorem de Homine seu justitiā hominis apud Deum, in primis, post-
quam ipse Chaldaeus affixum in **וְנִ** ad Deum retulit, atq; adeo Angelum illum unum
ex millibus praeconem & equitatem Dei apud Hominem, clarissimē describit. Vid. supra.;
Et sic ruunt ex impurā scaturigine Versionis Latinae hīc derivata sc. repræsentori hīc
Angelum patronum, qui exponat Deo suum alumnū jam redisse per se flagella ad melio-
rem frugem, & in favorem HOMINIS, seu pro homine misero deprecetur ampliorem dolo-
rem, offerendo ejus bona opera, & quidem ut ipsa bona opera pœnitentia sint illud
כָּרְבָּהּ **לְאַתְּ**, per quod oblatum Angelus Deum placet, & propitium reddat Homini.
Quem sensu h. l. ex Hebreo non elici vel ipse tandem Pineda Confessor agnovit,
Vulgarūq; cum fontibus ita conciliavit: **Ut annuntiet homini equitatem ipsi scil. Homini,**
vel: **ut exponat homini officium suum seu rectitudinem suam.** Ut cunq; autem sumas, nihil
hīc pro religioso cultu Angelorum. Nec enim V. C. Angeli agunt & apud homines docendo
pœnitentiam indicando, & apud Deum, mortales commendando, quantum ve-
ritas patitur, opera charitatis illorū amplificando, culpā extenuando, obsecrationes suas
nostris adjungendo, super unō penitente gaudendo. E. à nobis sunt religiose colendi, & invo-
candi. Nihil tale in Oratione **ELIHLI** toroq; Jobo, ut satis appareat, etate **JOBI** sanctis
ignotū huius **Cultum religiosum ANGELORUM**, quē tamen ibi non impeditur humani-
tas **JESU CHRISTI**. An autem probatus Apostolis & Acclamat Apostolus, Epist. ad
Coloss. c. 2. 18. **Nemo adversum vos Rectoris partes pro lubitu sibi sumat.** Medium illius
interdictū **καταβασίας**, exprimitur religiosus Cultus Angelorum, sub pallio **καταβασίας**
Φροντίδος: arrogante sc. crimen habere, si quis sine internūciis ausit ad Deum accedere,
& tales arceri adiūti: admitti contra, qui humiliū agant & per Angelos. Ita jam ab ipso
Apostolo damnatus religiosus Angelorum cultus, & **Papismus**. Nihil nunc attinet inqui-
tere in hæresin illius **religionis Angelorum** damnatae ab Apostolo, & in illos **Pseudapostolos**,
a quorum fallaci **καταβασίᾳ** periculum tunc Colossensis prævidit Apostolus.
Aperte in h. l. Theodoretus Cyri Episcop. hec à Paulo esse scripta, dicit, quod tunc Pseu-
da postoli **Colossenses ad Angelos colendos induixerint.** **Quocirca Synodus quoq; quæ convenit**
Laodicea phrygia metropoli volens veteri morbo mederi, lege prohibuit, ne precarentur An-
gelos. Et in hodiernum usq; diem licet videre apud illos, **Oratoria Sancti Michaelis.** Illi ergo
hoc consulebant, utiq; humilitate uentes, dicentes: **Universorum Deum nec cerni, nec com-
prehendi, nec ad eum posse perveniri, & oportere per Angelos divinam sibi benevolentiam**
conciliare. Idē in c. 3 v. 17. **Præcipit Paulus, ut Deo Patri gratiarum actionem emittant per Christum**, non per Angelos **De Canone Concilii Laodiceni**, quē Theodoretus bis l. alleg dicit
prohibere **invocationem Angelorum**, & in quo ubi hodie interdictū legitur: **ad angulos**

Idolatrie abominanda congregations facere, olim lectum: ad angelos &c. defendit
Chemnitius part. 3. Exam. Concil. Trid. tit. de Inv. Sanct. Conferatur Baronius ad annum Christi 60, qui vim fulmis Apostolici sentiens, non nisi turpi contradictione suos Catholicos hic juvare potuit. Scil. juxta Baronium, Apostolus hic damnat hæresin Cerinthi, & introductans per illum religionem Angelorum! neq; sicut vel ipse Cerinthus adoraverit Angelos, vel Cerinthiani creixerint illud celebre apud Colossenses S. Michaelis Oratorium: sed illud una cum cultu Angelorum congruo à Catholicis fuerit institutum: nec Synodus Laodicenæ reatum Angelorum Cultum imminuerit: sed eum sicutem, qui ex gentibus erat, contra divinitatis numen ejecerit. Idem sc. Cerinthus introduxit cultum religiosum (quia hic illo nomine damnatur ab Apostolo) & non introduxit (quia non invocavit Angelos, nec S. Michaeli extruxit Oratorium,) quippe quod fecerunt Catholici: & sic Catholicis peccantibus, damnantur Cerinthiani. Cœterum hos ipsos Catholicos & Architectos Oratoriorum S. Michaelis Baronianos damnat hic Apostolus (& cum Laodicenæ Synodo, Theodoretus) in Antecessoribus, sive Cerinthianis (juxta Baronium) sive Simonianis (juxta Bellarminum.) Fuerit Simonis Magi hæresis, Angelos adorando, quasi minores Deos, quid aliud in ipsa praxi loquuntur Pontifici? Sed & Apostolus generaliter damnat omnem religiosum cultum Angelorum, sive Cerinthianorum, sive Simonianorum, sive Pontificiorum. Damnantur ab Apostolo κατεβαζευ-
όμενοι δέλοντες, scilicet & sine mandato ex suâ libidine, Moderatorum partes sibi sumentes, & Christianis βεβαιοῦσι intervortentes (κατεβαζευσάντες τὸν Ἰησοῦν ὅταν περι-
έποι μὲν οὐκ οὐκέτι παρεῖται τὸ βεβαιόν, οὐτε ἐπηρεάζει οὐκέτι οὐδείς ait in h. l. Chrysost.) Faciunt idem Pontifici, brabecij Christianorum, quod est imminutum ad Christum, qui est Via, Veritas & Vita, & per quem solum venitur ad Patrem, accedere, sceleratissimi prædones. Damnantur, qui sub schemate τατεωφορῶν seu animi humilia, per Angelos aditus parant. Faciunt idem Pontifici, qui cultum Angelorum religiosum aulico ve-
lant schemate, ut per Angelos velut Amicos ac familiares Principis agatur apud Principem. Damnatur cultus religiosus Angelorum. Damnatur adeo Papismus: quin ratio damnationis, quam reddit Apostolus sc. tales religionis Angelorum Doctores visionum ac revelationum iactatores audacissimos, arcanarum maxime rerum scientiam proficeri, in ea que non viderunt (vel cognoverunt) pedem inferre (επιβατεύειν) seu fastuosè velut in rebus, quas ipsi viderint, incedere, & carnis sua intelligentia temere inflatos esse, vel ex quo vel magis etiam Pontificiis, quam vel Cerinthianis, vel Simonianis conveniunt.

Cœterum jubethic abrumpere charta Faciamus quod Apostolus statim subiicit

v. 19. RETINEAMVS CAPVT CHRISTVM!

P. P. die solemnis MICHAELIS Archangeli Anno 1662.
Sub sigillo Rectoratus.

Supplementum geminum.

Quia supra in controversiâ de cultu religioso Angelorum allegatus Theodoretus, & per Theodoreum celeberrimum ex seculo V. Patrem, qui tempore Concilii Ephesini, ac Chalcedonensis vixit, & huic D. Catholicus interfuit, *Laodicena Synodus*, lubet, in primis ob veram *Canonis Laodicenilectionem* & sensum, ipsa hâc & Theodoreti *Canonis* verba subjicere. Ita ergo

I. Theodoretus Cyri Episcop. op. tom. 3. in c. 2. Ep. ad Colossens. v. 18.

Bεβεντὸς καλέσοι τὸς τῶν ἀγανίζομένων κειτάς. οὐτοὶ γὰρ πᾶς νικῶσι πᾶς νικητὴς τὸν φῆφον ὀρέγετο. καταβεβεντεῖς οὐ δέ, τὸ ἀδικιῶς βεβεβεντιν. Εἰπειδὴ πίνουν καὶ οἱ πᾶς νομικὸς ὁδοπερότες τῷ φαγγελίῳ ὁδομεγνύντες διὰ τῶν κρειτόνων ἀντὸς ὅπλον τὸ ἐλάσθω μετέφεσον ἐκέτως ἐφη, μηδέτες ὑμᾶς καταβεβενέτω. Εἴπει διδάσκει τὴν γενομένην βλάβην στρέψερον. (Ιελανὸν τοπεινοφροσύνην καὶ θρησκείαν τῶν ἀγγέλων, σὲ μή ἔωσικεν εμβατεύων, ἐπὴ Φυτόμενον τὸν δὲ νοός τῆς σαρκὸς αὐτὸς.) οἱ τῷ νόμῳ συνηγορῶντες, καὶ τὸς ἀγγέλως σεβεῖν αὐτοῖς ἐπογέννητο, οἷος τέτων λέγοντις δεδόσθαι τὸν νόμον. Εἴμενε οὐ τότε τὸ πέδον τοπεινοφροσύνης καὶ πιστοῖς μέχει πολλό. οὐ δὲ χάριν καὶ συνελθόσαι συνόδῳ τοπεινοφροσύνης λαοδικίᾳ τῆς Φρυγίας νόμῳ κεκώλυκε τὸ τοῖς ἀγγέλοις περιστάχεσθαι. καὶ μέχει οὐ τὸν δικτήρια τὸν ἀγιον Μιχαὴλ παρ' ἐκένοις καὶ τῆς ὁμόροις ἐκείνων διένι. Τόπο τοίκου συνεβλευνον ἐκένοις γίνεσθαι, τοπεινοφροσύνη δῆθει κεχρημένοι, καὶ λέγοντες ὡς αόρεστον οὐ τῶν ὄλων θεός ανέφικτος τε καὶ ἀκατάληπτος, καὶ περιπέτεια οἷος τῶν ἀγγέλων τὴν θείαν οὐ μένειαι παγματίνεσθαι. Τόπο λέγει οὐ τοπεινοφροσύνη καὶ θρησκεία τῶν ἀγγέλων.

λαν. Τὸ δὲ καὶ Φυσιόμενον τῇ παπεινοφρεσύνῃ ἐσαντίον σύνει. τὸ μὲν δὲ
ἐσκήπτοντα, δὲ δὲ τόφον τὸ πάντος ἀνερθός, ὁ θεοίκαντα. Τὸ δὲ ἀλλοτριον
ἐμβαστέων, ἀντὶ δὲ, λογισμοῖς ὀνειρεῖς χρώμενος. Τότε δὲ επίτετταν,
ἀκὴν Φυσιόμενον τὸν τοῦ νεὸς τῆς περιφερεῖς αὐτοῦ.

18. *Nemo vos fraudet præmio.* Brabeutas appellant Judices eorum, qui decertant in certaminibus. Hi enim vincentibus dant calculum victoriæ: καταβεβεβενειν autem est injuste adjudicare victoriam. Quoniam ergo, qui Legis observationes admiscebant Evangelio, à Præstantioribus eos adducebant ad deteriora, jure dixit: *Nemo vos fraudet præmio.* Deinde docet apertius damnum quod allatum est. (*Volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus Iesu carnis sua.*) Qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant; dicentes, Legem fuisse per eos datam. Mansit autem perdiu hoc vitium in Phrygiâ & Pisidia. Proinde Synodus quæ convenit apud Laodicæam Phrygiæ, lege prohibuit, ne parentur Angelos. Et in hodiernum usq; diem oratoria Sancti Michaelis apud illos, illorumq; finitimos videre est. Illi ergo humilitate nimirum ducti hoc fieri svadebant, dicentes: universorum Deum nec cerni, nec attingi, nec comprehendendi posse: & oportere per Angelos divinam sibi benevolentiam conciliare. Hoc est quod dicit: *In Humilitate & cultu Angelorum.* Illud autem *Inflatus*, non est contrarium humilitati. Hoc enim,

enim præseferebant: sed revera insolentia vitio labo-
rabant. Hoc autem, *In iis quæ non vidit incedens*, pro-
eo quod est, suis ipsius cogitatis hærens. Hoc enim
subjunxit. *Temere inflatus à mente carnis sue.*

II.

Quia non saltem l. alleg. Theodoreetus allegat *Synodum Laodicenam*, quæ lege prohibuerit, ne precarentur *Angelos*: sed & idem c. 3. 17. ad præceptum Apostoli-
cum: *Omne quodcumq[ue] facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini JESU facite, gratias agentes Deo & Pa-
tri per ipsum*, notavit: *Pseudapostolos jussisse Angelos adorare: Apostolum contra præcepisse, ut dicta & facta exor-
nent recordatione Christi Domini, & per Christum Deo
gratias agant, non per Angelos. Hanc etiam legem sequens
Laodicena Synodus lege sanxit: non Orandos esse Angelos,
nec relinquendum Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, proinde Canonem 35. dicti Concilii Laodiceni
celebrati circa annum. 365. hic ex tripli editione ap-
ponimus. Apparebit inde veritas lectionis, quam ex
Theodoreto præsumuit Chemnitius. Ita autem
habet:*

Editio 1.

Editio 2.

Versio Canonis ab

Gentiano Hervero.

Quod non, | Non oportet | Quod non,
oporteat Ec- tet Christia- oportet Chri-
stianos

clesiā Dei relin- nos derelicta stianos , reli-
quere & abire, Ecclesia Dei & a Dei Eccle-
atq; Angelos abire & ad An- sia , abire , &
nominare , & gelos idolola- Angelos no-
cōgregationes triæ abomi- minare , vel
facere , quæ in- nandæ con- congregatio-
terdicta noscū- gregationes fa- nes facere ,
tur. Si quis igi- cere , quæ o- quod est pro-
tur inventus mnia interdi- hibitum. Si
fuerit huic oc- & a sunt: Qui- quis ergò in-
cultæ idolola- cunq; autem ventus fuerit
triæ serviens , invent⁹ fuerit huic occultæ
sit anathema , occultè huic idololatriæ va-
quia derelin- idololatriæ va care , sit ana-
quit Dominū cans , anathe- thema , quia
nostrum Jesum ma sit: quoniā reliquit Do-
Christum Fi- derelinquens minum no-
lium Dei , & se Dominum strum Jesum ,
idololatriæ tra- nostrum Jesū & accessit ad
didit. Christum Fi- idololatriam ,
lium Dei , ac-
cessit ad idola.



conclit

enim præseferebant: sed revera ins-
trabant. Hoc autem, *In iis quæ non*
eo quod est, suis ipsius cogitatis ha-
subjunxit. *Temere inflatus à mente c-*


II.

Quia non saltem l. alleg. Theodo-
nodum Laodicenam, quæ lege prohibi-
Angelos: sed & idem c. 3. 17. ad præ-
cum: Omne quodcumq[ue] facitis in verbo
in nomine Domini JESU facite, gratias
tri per ipsum, notavit: Pseudapostolos ja-
rare: Apostolum contra præcepisse, ut o-
nent recordatione Christi Domini, &
gratias agant, non per Angelos. Hanc
Laodicena Synodus lege sanxit: non Or-
nec relinendum Dominum nostrum J
STU M, proinde Canonem 35. dicti
celebrati circa annum. 365. hic ext.
ponimus. — Apparebit inde veritas l.
Theodoreto præsumisit Chemnit
habet:

Editio 1.

Editio 2.

Quòd non, | Non opor-
oporteat Ec- tet Christia-



io labo-
ns, pro
enim...

egat Sy-
carentur
postoli-
re omnia
nō. Pa-
gelos ado-
cta wor-
lum Deo
a sequens
Angelos,
CHRI-
Laodiceni-
ione ap-
uam ex
autem...

nonis ab
Herveto.

non.
Chri-
tianos